

36-5-B-4

LIBELLVS

DE ARDORE VRINAE
ET DIFFICVLTATE
VRINANDI,

Excellentissimi Philosophi & Medici Physici &
Chirurgici consummatissimi, Domini Ma-
riani Sancti Barolitani.

Ad communem neotericorum medicorum
practicantium usum nuper editus.

Ex Legato S.



Gaudenzij de Ruoc-

VIRTVTE DVCE




CO MITE FOR TUNA.



VENETIIS.

Ioan. Gryphius excudebat, M D LVIII.



REVEREN. ABBATI
domino Francisco Lauretano
patricio ueneto Marianus
Sanctus Barolitanus
S. P. D.



V A N T A sit mea
 erga te obseruantia Re-
 ueren. A bbas , faci-
 le ex eo cognosci potest,
 q̄ quamprimum me accersitum misi-
 sti , statim e uestigio ad te euolaui ,
 quamuis me etiam negocia impedire
 potuissent . Qui cum ad te peruenis-
 sem , & multos medicos congregatos
 in ampla , & magnifica domo (ut te
 decet) inuenissem inter se disceptan-
 tes de causis ardoris urinæ , multum q̄
 inter se discrepantes , Quod intelli-
 gens non potui me continere , quin in

A ij eos

cos (te præsente excāduissem, eosq; in
crepans de cognitione causarum, &
ordine in curam procedendi. Cumq;
id ipsum cogitassē, statim mihi succur-
rit fore consulendum illis, qui talem
urinæ ardorem paterentur, promisi
libellum me omni, quā deceret, diligen-
tia de re ipsa compilaturum esse, quem
facile poterit quisque (pro ut necessi-
tas urserit) consulere. Ecce modo eun-
dem tibi usurarium trāsmitto, ad quem
componendum me tua impulit magnifi-
centia, ac domestica familiaritas, quæ
me non tantum ad compatiendum, sed
etiam perpetiēdum persuasere. Quis
enim esset, ut non affligeretur, cum no-
bilem, magnificum, clarissimum, & re-
uerendissimum Franciscum Laureta-
num familiæ Venetiarum nobilissi-
m, & nepotēq; serenissimi Duci Léo-
nardi

nardi Lauretani, de quo tantum Ves
 netiæ benemeritæ fuerunt: tam mole-
 stissime affligi conspicaretur homi-
 nem omnium uirtutum cumulatissi-
 mum, pientissimum, liberalissimum, &
 religiosissimum? Qui & si ornatus,
 & splendidus in uulgu exire potui-
 set, tamen ut splendidius, & ornatus
 ob familiæ splendorem, & generis
 claritatem per manus hominum euola-
 ret, uolui (quod factum sit tua benigni-
 tate) illum non tantum religione deco-
 ratum, sed etiam prudentia, & sagaci-
 tate quibus cæteris præcellis, & beni-
 gnitate, & affabilitate, pariterq; ur-
 banitate, quibus nemini secundus ui-
 dearis (quod citra adulacionem sit di-
 ctum) illustratum prodire, sicq; pe-
 rennaturum esse. Desinent nanque
 maleuoli oblatrare, cum illum sub tua

umbra quiescere inspexerint, Ob idq; nemo erit, & si maleuolus sit, qui auderet foedato ore quiescentem latratis perturbare. Sacrilegum quidem, atque prophanum se nimium existimat, si quis illum tanto patrocinio ornatum, ac etiam decoratum foedare imaginaretur. Idcirco te oro, atque exoro, ne patiaris meum libellum tibi deditum tuum tanto splendore esse priuatum maiora in posterum pollicentem. Qui si tali patrocinio indignus sua paruitate circumspectus despiceretur, saltem cum meo animo abs te conferatur magno erga te, & promptissimo ad omnia, quæ mihi abs te imperata exequenda uidebuntur. Sicq; a me erga te factam oblationem soluet meq; a promissis liberabit, necnon amoris erga te mei, & immensa beneuolentiæ indic;

4

indiciū existat, quem rogo, eo, quo da-
tur animo accipias, meq; in tui amo-
re insinuare non desistat. Vale de-
cūs patriæ. Datum Venetijs, Quar-
to Nonas Junij, Anno Domini
M D LVI.

CAESAR SANCTVS BARO,
LITANVS PHYSICVS LE-
ctori ingeniosissimō salutem.



Vicquid de ardore uirinæ ue-
teres theoriā, & practici medi-
ci prolixius differuere, Sanctus
Marianus methodo breui do-
cet. eamq; ob oculos (quæ sanè
hoc potissimo nomine tibi grata esse debet) lo-
cauit. in qua aliter, q; blaſteronēs nonnulli sen-
siere, dictum esse comperies. Quando hoc n.
tempore surrexit quædam medicorum cater-
ua, Quæ tantum cantilenam, quām memoriae
mandauerat, narrat. nūc uero secus ista Maria-
ni methodus facit, quam ad antiquorum scri-

pta recte intelligenda(ut dici solet) semper ip
se(utuolumina sua testantur) manu duxi t hac
ratione & consilio ductus , ut omnes medici-
næ studiosos adiuuaret, deq; singulis causis ar-
doris urinæ exquiste loqui discant, & ineptas
opiniones quorundam strenue contemnant.
ob idq; hortatus sum calcographum, ut patris
mei utilissimam de ardore urinæ & difficulta-
te urinandi methodum imprimeret. Tu itaque
candide lector hāc methodum exiguum licet,
uirtute tamen magnam non asperneris , nam
plus certe ex ea fructus q; à prolixis cantilenis
illorum Patauui & Venetiarum medicorum
magnopere consequeris. Interea Vale , &
Aphorismos Hippocratis Coi miro modo à
Sancto Mariano patre meo dilucidatos q; bre
uiter expectabis.

MARIANVS SAN^S

CTVS BAROLITANVS ME-
dicus & Philosophus Siluio Laurentio
à Portu Cabalensi phystico excel-
lentissimo S. P. D.



V M multa sint renum, & uesticæ
genera ægritudinum mi doctissi-
me Silui, quæ hominem uarijs,
multiplicibusq; dolorum cruciati-
bus molestant, & cruciant. De
quibus omnibus non intendo ad præsens tecum ratio-
cinari, sed tantum de uno molestissimo, & inter ho-
mines peculiarissimo dicto ardore Vrinæ, & de con-
sequente ad illum ero sermocinaturus. Quandoqui-
dem in cura illius cespitare uideam illos, qui & phi-
losophiam, & medicinam maxime callere uideri cu-
piunt. Ne ergo practici possint cum illis à recta cu-
ratione exorbitare, decreui illis succurrentum fo-
re, ut miseris languentibus suppetias afferant. Et
ut commodius id fieri possit, quando cum Venetijs
spatiabamur, sub reprehensiua quadam admonitio-
ne me excitare uoluisti, ut aliquid de ardore urinæ
molestissimo adiungerem tractatibus, quos de lapi-
de renum, & uesticæ composueram, qui tibi uisi sunt
quasi mutilati sua sorore priuati. Ego uero const-
rium non paruifaciens amicabili admonitioni mo-
rem gerendum esse duxi, tum quia amicorum const-

Iia non sunt spernenda , tum etiam, ut miseras lan-
guentibus aliquid proficere uidear, ne assiduis lan-
goribus cruciarentur . Ecce modo ad te transmitto
tractatum de ardore urinæ depoliendum , ad quem
me componendum tam amicabiliter impulisti dona-
tum Reueren. Abbatii Domino Francisco Laure-
tano patricio Veneto talem molestissimam ægritudi-
nem patienti, quem non tantum sibi ipse sed etiā cō-
muni utilitati consulere poterit nimium inuidiosum
illis inuidis. qui me detrahere nunquam cessant, ut
suam celent ignorantiam . In quo primum quid sit
ardor urinæ dicere constitui, ut ordine omnia per-
sequi uidear, deinde quæ sint eius causæ, et quomo-
do causatur, et ad quæ subsequitur, cur sit diffici-
lis eius cura, et in quot modos diuidatur, ultimo ue-
ro de prognostico erit absoluendum. Istum ergo or-
dinem sequar . Nanque compertum est ordinem om-
nium dicendorum scientiam, et intelligendi facili-
tatem præstare. Quandoquidē de omni re, de qua ra-
tiocinandū erit. semper ab ipsius diffinitione incho-
andū est, ut intelligatur quid sit id, de quo sermo ha-
bēdus sit, ob idq; modo ab ipsa diffinitione exordiar.

Veruntamen quedam mihi prius communia di-
cenda succurrerūt, quæ ad introductionem meæ ser-
mocinationis non parum conferre uidentur, à qui-
bus cum absolutus fuero , diffinitionem aggrediar.
Quapropter dico omnes renum ægritudines dolo-
rem excitantes aut solutionem continui , aut subi-
cas alterationes ostendere . Fiunt autem alteratio-
nes

nes aliquando simplices, & aliquando composite,
Simplices autē sunt, quæ sine humoris uitio existūt.
Composite uero semper sunt cū humoris uitio. Quæ
uero sunt sine humoris uitio dicuntur complexionæ
les, que una uel altera qualitate discrassantur.
Quæ uero sunt cum humoris uitio, dicuntur humo-
rales. Fiunt autem humorales aut ab humore cali-
do, aut frigido. Si ab humore calido, aut à sanguine,
aut à cholera, si à frigido, aut à phlegmate, aut me-
lancholia. Si à sauguine sunt, aut sunt à sanguine pec-
cante in quali, aut in quanto: Si peccat in quali sola
alteratione suæ contrarietatis curatur. Si in quanto
solū peccet sanguis, phlebotomia euacuatur. Si à cho-
lera, aut à cholera pura, aut non pura: Si uero à pu-
ra, curantur alterantibus, frigidis, & humidis. Si à
non pura curantur euacuationibus iuxta humoris
exigentiam & mixtionem. Si autem fiunt à phlegma-
te, aut fiunt à phlegmate naturali, et curātur calidis,
& siccis alterantibus. Si uero fiunt à phlegmate non
naturali indigent euacuatione humorem peccantem
educente. Si uero à melancholia naturali, calidis, &
humidis curantur. Si à non naturali, purgationibus,
quæ inferius dicentur. Si uero fiunt à solutione con-
tinuitatis, quia solutio cōtinui multipliciter dicitur.
Est enim solutio continui, ab apostemate, aut inci-
sione, aut corrosione, aut putrefactione. Si fit ab apo-
stemate, phlebotomia, et encathismate curatur. Si ab
incisione, unione, si à corrosione, curatur à corro-
stuum dispositionem prohibentibus. Si à putrefactio-
ne,

ne, uotis, & rogationibus curatur, ut infra dicitur.
 Verum nos de illis tantum ratiocinabimur, quæ ardorem urinæ causant, cuius rei cause tria sunt capita principalia, quæ ardorem urinæ causatum declarant, scilicet diabetes, diapnes, & lapis in uestica, de quibus omnibus sigillatim dicemus. His igitur prælibatis ad ardoris Vrinæ diffinitionem accedamus, ut ipse rei series postulat.

Ardor urinæ quid.

Ardor urinæ est præter naturalis sensibilitas in ulcere existente in collo uesticæ, aut in canali uirgæ, ab humore cholericō adusto, uel bau-rachino, ex corrosa epidermia factus. Quem mor-dicatiua urina per ulcus uel ulcerā transiens, que-rulis lamentationibus, altisq; suspirijs infirmum molestans excitat, eundemq; ad hecticam, uel hydropem aliquando inducens.

Cause ulcerum.

Causæ autem ulcerum sunt excoriatio primo ab asperis arenulis epidermiam rodentibus facta. Quāam si optimus quisque diligens in homine mortuo uidere conabitur, difficulter eam intuetur, adeo subtilis est, & carni conformis non multum ab ea disidens, quæ inferiori labello sepē mulieri contingit non ulcerato, sed epidermia spoliato, quæ sa-liua,

liua, aut aceto mordicata incensuum ardorem exhibet talem aliquando, qualem delicata mulier uix tolerare potest, aut est apostema, aut bothor cum ulcerantur. Et cui assidue fit urina acuta, succedunt uulnera, & ulceræ in uestica, & sunt difficiliora, quam ulceræ renū, quoniam membro neruoso incumbunt. Accidunt autem ulceræ in meatibus propter generationem materiei excoriationem facientis, aut propter lapidem facientem accidere excoriationem.

Cause lapidum & arenularum.

CAUSE autem generationis lapidis, & arenularum, sunt multitudo humorum, & eorumdem uiscositas, & conclusio pororum, & meatuum, & debilitas expulsuæ, quæ cause præcipue abundant in pueris. Si uero grossi, & uiscosi humores fuerint, & poros renū strictos inuenerint, uirtute expulsuæ debili existente, in arenas, & lapides conuertuntur. Si autem uirtus expulsuæ sit fortis, ipsos cum dolore ante perfectam concretionem expellit. Quapropter dolor in renibus fit ex uiscosis humoribus, quia uix expelluntur, ac etiam ex subtilibus, & liquidis multum crescentibus, si pori stricti sint. Si autem expelli non possunt, dolor maior est, & etiam in partibus inferioribus dormitionem, uel aliquam lesionem inducunt, non autem ardorem urinæ facient.

DE ARDORE
Signum distinguens arenulas.

Cognitio diuersitatis inter istas arenulas est, quia si arenulae fiunt ex calculo colliso, & confricatae inter digitos non minuuntur, nec disoluuntur. Si autem fiunt ex alijs causis, quia tunc fiunt ex humoribus, de facili frictione digitorum disoluuntur.

Diuersitas arenularum.

Ex calculo uero renum, uel uesticæ fiunt arenulae. Quæ autem fiunt à uestica, sæpe albæ apparent. Quæ uero à renibus fiunt, ad subrufum uergunt colorem. Isti autem colores fiunt à re agente secundum maiorem, uel minorem actionem suæ de coctionis in materiam calidam, uel frigidam operantis. Nam si phlegma dominetur, Arenæ fiunt cineritiae ad albedinem pertinètes. Si ex cholera, citrinæ. Si ex sanguine adusto, rubeæ. Si ex melancholia, liuidæ, uel nigræ. Hinc est, quod lapis diuersificatur, ut nunc cineritius, nunc citrinus, nunc albus, nunc liuidus, & niger generatur. Cum lapis nil aliud sit, quam coagulatio, & glomeratio arenularum. Verum omnium autem arenularum liuida est pessima, uel nigra, quia à duriori materia generatur. Et propterea quæcunque contritioni, & fricationi inter digitos resistunt, deteriores sunt.

Colores

Lapidum autem colores maximam habent utilitatem in via curationis, ne scilicet causa existente calida, exhiberentur calida, quoniam petrificarent, & magis indurarent. Hinc patet ignavia imperitorum, qui in omnibus ægritudinibus, & præcipue in hac, de qua loquimur, uolunt uno experimento ægritudines cœtrarias curare, & maxime errat infirmo nocumenta plurima inferentes.

Quid causat diabeticam passionem.

Omne enim calidam, & siccum distemperantiam renum excitans causare potest diabetum ægritudinem, Quæ est immoderatus transitus, uel aractus urinæ ab hepate ad renes, & per renes fit transitus ad uesticam. Nanque diabetes est renum affectio maximam sitim inducens, quamvis etiā nonnulli urinæ profluvium diabetum appellant, properea q[uod] sitim inducit, dipsacum appellant ex nino bibendi desiderio. Fit enim ex calida, & secca distemperantia renum. Nam renes cum in calore distemperati sunt, attrahunt à kilo, & quia kilus est albus, & in mulgentibus non suscipit decoctionem, ideo urina est alba ratione kili, apertis ergo cotilidibus per renum caliditatem attrahitur phlegma, quod descendit per mulgentes in uesticam, & cum urina expellitur, et appetet, quod sit sanies propter virtutem

Diabetica
passio gd:

Diabetes
quid

Vnde sit.

quare urina
alba.

DE ARDORE

error quo-
gundam. uirtutem retentiuam debilitatam , quapropter male
faciunt , qui in tali ægritudine exhibent oppiata,
quæ debilitant magis uirtutem retentiuam , cum sint

Nota. administranda frigida & stiptica . Et kili attrahunt à capillaribus , & capillares ab hepate , & intestinis & stomacho . Cumque humiditas attracta inuenit uirtutem in renibus defectam , uel meatus caliditate ampliatos , elabitur uelociter , & descendit . Qua-

Urina Ki-
losa alba
& tenuis
diabetem
significat.
Hydrops

re urina kilosa , alba , & tenuis sàpe , & multum mincta diabetem significat . Si autem cum nimia siti & immoderata totius corporis siccitate apparet , prona est in hydropisim conuersti , ob idque hydrops renum à quibusdam uocatur . Contingit autem à lumbis , & hylis , & hepate , ut dicitur in secùdo prognosticorum , quamuis etiam à splene aliquando oriatur .

Signa caliditatis renum .

Significatur enim caliditas renum ex incensione Surinæ , sicut sua rubidine , & sua citrinitate . Deinde ex priuatione pinguedinis totius corporis , & ex caliditate tactus , & ex ueloci accessu apostematum , & maxime calidorum , & multo desiderio coeundi , & siti nimia . Et quādo multiplicātur ægritudines in renibus , debilitatur hepar adeo , donec perueniat res ad hydropisim ; siue renes sint calidi , siue frigidi . Cumq; ergo uides habentem dolores in renibus mingere urinam uiscosam ueluti mucum , tunc scias , quod illud addit in doloribus eorum propter illud ,

illud, quod attrahitur de materijs malis, & genera-
rant quandoque lapidem, maxime si fuerit ardor,
urinæ, & resoluuntur eorum ægritudines per urin-
am grossam residentem in non habentibus ardorem
urinæ.

Erigiditas est etiam causa diabetice paſſionis.

Accidit autem aliquando frequens mictus non
à caliditate, sed ab hepate infrigidato, et non
potente continere urinam propter defectum uirtu-
tis contentiæ; Vnde continue fluit ad uesticam, &
in multa quantitate mingitur. Nec talis diabetes ui-
detur esse ex attractu renum, cum nulla signa calo-
ris, aut uitij in renibus appareant. Nec etiam ex uie-
tio uesticæ, cum uirtus ipsius urinam colligat, fre-
quens autem recollectio ipsius est ex frequenti aduen-
tu urinæ ad ipsum, quare nullo uitio continentे re-
nes, frequens enim fluxus ipsius non nisi ab hepate ui-
detur procedere. Erit ergo diabetes uitio hepatis
debilitatis, uerum extat differentia inter talem flu-
xum, & diapnem, quoniam in tali fluxu diabete mul-
ta urina mingitur, Et in diapne pauca, quamuis
frequens in utroque mingatur.

Notz.

De diapne .

Est mehercle diapnes inuoluntariæ urinæ emis-
sio, & eductio per uesticam, quemadmodum
B dia-

DE ARDORE

Fit duobus modis urina inuoluntaria emissa, quo significatur effluo. Est autem inuoluntaria urinæ emissio duobus modis, aut quia cogitur æger stimulatione ipsius urinæ propter acumen ipsius, & uocatur ardor urinæ, siue calidus minctus, aut ex frigideitate debilitante nervos uesticæ, quare cadit uiretus ipsius retentiua. quemadmodum accidit ambulantibus in niue, & glacie pedibus nudis. Vnde frigiditate intensa redditur uestica quasi paraliticata, cum urinam nequeat continere. Signa autem diapnem ex ardore urinæ prouenientem significantia sunt, quia ad eam sequitur ardor nimius urinæ: & punctura iecticatiua. Fit autem aut uia crisis, aut propter acutos humores.

Signa diapnem.

Vnde nascuntur lapides & arenae.

LApides, & arenæ nascuntur ex superfluitatibus uarijs, & uiscosis in renibus, & uestica, ex quibus difficultas mingendi generatur.

Quomodo fit generatio lapidis.

Generatur autem lapis per calorem agentem in humidum uiscosum sublimando partes subtiles, & ingrossando grossas. Nam calore igitur æte in materiam ueretuosam, uel uiscosam, & eius humidum extrahente introducitur siccum, & calore excunte, relinquitur frigidum, qui propter frigiditatem.

tas succedens constringit poros a calore dissolutos. Siccitas autem constringendo coagulat, & indurat taliter, ut non pateat uia dissolutioni. Et calor ipsum dissoluere non ualet, quia ipsum coagulauerat euaporando, & finiendo eius humidum. Frigidum autem, & siccum nec discoagulant, cum sint principia coagulationis. Verum siccum est formale coagulationis, humidum autem discoagulare non potest, quia in siccum ingressum non habet, ut prædicat Aristoteles in mineralibus. Quapropter humidi, & siccii est firma commixtio propter profundationem, & subin- trationem unius in alterum per minima, & talis pro fundatio est uiscosa. Qum aut aer siccus introducit aquam in tali mistione, disponitur materia arcfa- ctioni, unde dissoluto humido, segregantur partes la- pidis, & cadit arena, ut est uidere in lapidibus mari- nis, qui à uento consumuntur. Euaporato autem hu- mido, soluuntur partes, & cadunt arenæ, ut placet. Aristoteli. Quapropter causæ petrificationis lapi- dis in uestica sunt tres. scilicet, Calor consumens, ma- teria uiscosa, & strictura meatuum. Quia calor adu- rens agens in materiam uiscosam retentam per stri- eturam meatuum per diurnam conuersiōnem resol- uendo humidum exiccat, coagulat, & indurat. Et id non solum fit in renibus, & uestica, sed etiam in sto- macho, & in intestinis, ac etiam in pectore, & alijs locis corporis humani, quemadmodum uidi Ragusii, quendam nobilem, cui quolibet anno oriebatur lapis in aliqua parte corporis, quem tangere quisque po-

Cause pe-
trificatio-
nis lapidis
in uesti-
ca

DE ARDORE

terat, fortasse generabatur ex eadem causa ex qua
cholica, & iliaca passio fiebat. Quoniam ipse inci-
debat in cholericam, & iliacam passionem, quae mul-
tum sunt peculiares in illa ciuitate.

Hypves
Veruntamen lapidis generationem fieri hoc mo-
do pater meus Hippocrates in libro de aere aquis
& locis dicit.

Calculo uero maxime laborant homines & ex
renum affectionibus & urinæ stillicidio, & coxen-
dicum morbo corripiuntur, & herniaæ fiunt, ubi
aquas omnigenas bibunt, & de magnis fluminibus, in
que alia deferuntur, & de stagno, in quod fluxiones
multæ ac omnis generis deueniunt, et qui aquis inue-
cticijs utuntur, que ex longo, & non breui locorum
interuallo afferuntur. Non enim fieri potest, ut alia
aqua similis sit alij, sed aliae dulces sunt, aliae salte,
& aluminose. Aliae de calidis fluunt. Vbi uero ha-
inter se miscentur, dissident, & que fortissima est,
semper superat. Preualet autem non semper eadem,
sed alias alia, sed ex uentis alij quidem Boreis robur
exhibit, alij uero Auster. Et de reliquis eadem ratio
existit. Talibus igitur necesse est limum, & arenam
in ussis subsidere, & ab his, si potentur, morbi prædi-
cti fiunt. Quod autem non omnibus, consequenter de-
clarabo. Quorum quidem aliis satis fluida est, ac sa-
na uesica, non ardens, neque stomachus uesicæ ualde
coardescit, hi facile urinam ejciunt, & in uesica
nihil ipsis congregatur. Quorum uero aliis ardens,
ac feruida fuerit, in his necesse est etiam uesicam
idem

idem perpeti. Quum enim magis quam pro natura fuerit calefacta, stomachus ipsius inflammatur. Vbi uero haec perpetitur, urinam non dimittit, sed in se ipsa concoquit, & adurit. Et quod quidem tenuissimum in ipsis est, excernitur, & quod purissimum est, transit, & emingitur. Quod uero crassissimum, ac turbidissimum est, coaceruatur, & concrescit; pri-
mum quidem parum, deinde maius fit. Dum enim uol-
uitur ab urina, quicquid crassum compactum fue-
rit, ad se ipsum adaptat, atque sic augescit, & in to-
fum concrescit. Et cum urinam emitit, ad uescicæ sto-
machum allabitur ab urina impulsu, & urinæ mis-
sionem impedit, & dolorem uehemētem exhibet.
Quare pueri calculosi fricant, ac trahunt pudenda,
uidetur enim ipsis causa mictionis eo loco esse; si-
gnum autem eius, quod haec ita se habent, hoc est, uri-
nam splendidissimam calculosi mingunt ad similitu-
dinem serii, eo q̄ id, quod crassissimum est, ac biliosissi-
mum, istic manet, & coaceruatur, & concrescit.
Et plerique sane hoc modo lapidem, & calculum co-
trahunt. fit autem pueris etiam ex lacte, si non salu-
bre id fuerit, sed ualde calidum, ac biliosum, uen-
trem enim percalefacit, & uescicam. Quare urina,
dum aduritur, haec patitur. Et sane sentio melius esse
pueris uinum quam aquosissimum dare, minus enim
uenas adurit, ac resiccat. Mulieribus autem puden-
dis non similiter contingit; meatus enim urinæ in ue-
scica breuis est, et amplius, ut facile urina impellatur.
Neque enim manu pudendum fricat, ueluti mascu-

Urina cal-
culos.Nota uil-
num quam
aquosissi-
mum pue-
ris dari.

DE ARDORE

lus, neque urinæ in uestica meatum contingit, ad pudienda enim perforatus est, & quia meatus sunt ampli, etiam plus bibunt, quam pueri. Et de his quidem sic res se habet, aut his quam proxime, haec de lapidis generatione Hippocrates sensit in loco pre-allegato.

Quæ sequuntur ad lapidis generationē in uestica.

AD lapidis generationem in uestica sequuntur stranguria, dissuria, & suria, quæ possunt esse morbus per se, & aliquando symptoma aliorum morborum. Quando enim est morbus per se, habet fieri ex duplice causa, uel enim ex cholera ignea acuente urinam, unde sicut guttatum in uesticam cadit, ita guttatum mordicando expellitur. Vel habet fieri ex humore phlegmatico relaxante neruos collie uesticæ, unde nequi urinæ retineri, sicq; guttatum distillat. Et quando est ex calida causa, cognoscitur per arsuram, & mordicationem circa uirgam, et per uirgæ inflationem, & testiculorum, atque urinæ colorationem. Et quandoque est ex phlegmate, & cognoscitur per urinæ discolorationem, & spissitudinem eiusdem. Nam urina in stranguria est liuida, & pauca, & frequenter micta. Et urina in his morbis tribus est pauca, uel paucior, uel paucissima, uel nulla. Cum fuerit ex oppilatione, magna, maiore, uel maxima. Inde enim stranguria preclusio urinæ appellatur. Fit autem preclusio aut ab apostemate, aut

**Urina strā
guriz.**

**Stranguria
qui.**

sanguine

12

sanguine coagulato, uel sanie, uel lapide, uel phleg-
mate, cadente in foraminibus urinæ, & oppilante
uias transitus, quod coagulat, & densat uesticæ sua
frigiditate. Et oppilatio si facta fuerit ex toto, ita Suria,
ut urinæ nullo modo pateat transitus, suria uocatur.
Si autem non ex toto oppilatur, sed aliquid extra
euadat, & continet, & guttatum, dissuria uocatur,
& continue expellitur, quia continue uesticæ gra-
uatur.

A quo fit
preclusio.

Dissuria.

Signa lapidis renalis.

VRINA enim tenuis, & alba cum arenulis ru-
beis, præcedente lactea, lapidem in renibus se-
gnificat. Veruntamen si tenuis, & alba, præcedente
lactea, & spissa, cum arenulis lapidem confirmans
dum significat. Spissa autem nondum confirmatum,
sed sine arenulis præcedentibus omnino confirmari
significat cum his tamen signis scilicet cum dolore,
& grauitate renum, & pruritu in ea parte, in qua
lapis colligitur, ac etiam cum punctura, & dolore
ani, & anchorum, & dormitatione pedis, ex parte
renis infirmi, & aliquando etiam cum dormitatio-
ne testiculi, ex eadem parte renis infirmi. Et urina
exit paulatim, cū ardore uirge, et arenoso sedimine.

Signa lapi-
dis confir-
mandi re-
nalis.

Signa lapi-
dis.

Signa lapidis uesticæ.

VRINA autem, tenuis, & alba cum arenulis al-
bis,

DE ARDORE

Symptho-
mata lapi-
dis uelice. *bis, præcedente lactea, & spissa; lapidem in uestica si-
gnificat. Verū eius sympthomata sunt dolor in collo
uesticæ, & in uirga, & in pectine, atque prurigo in
glande priapi, cum tensione, & arrestione uirgæ, &
cum difficultate mingendi, & ardore uesticæ, & aſſi
duo desiderio fricandi uirgæ præputium, & cum se-
derit sentit punctiones prope anum, aut quia lapis
est magnus aut quia sunt plures uno. Si uero urina
alba, & spissa cum arenulis, quotidie attenuari lapi-
dem confirmandum ostendit: si postea alba, & tenuis
sine arenulis, lapidem omnino confirmatum si-
gnificat.*

De cura lapidis renalis.

Visum est ergo quo modo lapis renalis posſit
facere scoriationem, & ardorem urine, ac
ulcera in uestica, & in eius collo, nec non in uirgæ ca-
nali. Visum est etiam quo modo in diabete, & dia-
pane, & lapide uesticæ fiant ardores uesticæ, & prope
anum punctiones, cum infirmus sederit. Visa sunt
etiam ambarum signa lesionē manifestantia. Restat
modo, ut curationes earum sequamur, ordine, ut di-
cta sunt. Et incipiamus ab ipsa diabete, que est immo-
deratus transitus uel attractus urine ab hepate ad
renes, & per renes transiens maximam ſitum indu-
cens ex deficcata membrorum humiditate propter
diftemperantiam calidam, & ſiccā rem fa-
ctam.

Diabetes
quid.

Cause

Causæ transitus uel attractus urinæ ad renes.

Fit autem transitus, uel attractus urinæ ab eo, quod calidam, & sicciam distemperantiam renum inducere potest. Qualis est: Aer nimis calidus tempore Iunij, Iulij, & Augusti in nostro climate, maximeq; si suppeditaret complexio hominis calida, & siccata. Qui cholericus dici potest, præsertim si solitus sit cibarijs calidis, & siccis uestiis, qualia sunt pioperata omnia, & calida sinapizata, & biberit uina calida, & siccata, in potentia, qualia sunt uina maluatica, & romania, & hippocratica, & similia arte confecta, sicq; unusquisque per se in cæteris caliditatem, & siccitatatem possidentibus discurrat, que omitto, ne uidear grandire libellum, ac etiam balnea domi artificialiter facta, ac etiam diuretica fortia, que aperiendo poros materiam ad locum aggreditur. Accedunt etiam uigilie magis modo factæ, que desiccant hominem, & complexionem aridam fouent. Quid dicam de motu laborioso? cum sit causa maxima adustiui caloris, & renum apertioris? præsertim in hominibus delicate complexionis, & ocsa quiete quiescentibus, non solitis equitare, nam asuetis non sit passio. Qui cum equitare uolunt, aut stffectam currere, maxime si in carribus, uel curri culis correctis dictis ueherentur, quia uolutatim, aut saltim rotando fluunt, patiuntur maximas renum apertiones. Quales sunt magnifici, et clarissimi Veneti, qui de facili in talem molestissimam incidunt

DE ARDORE

ægritudinem. Qui sedere potius, quam currere lo-
corum persuasione allecti sciunt, sicq; prudentiores
fiunt. De inanitione, seu consumptione illarum glan-
dularum, quæ in collo uesticæ sunt, ad quas causarum
ignari medici penitus configiunt, nihil dicam, qua-
sæpe se magnificari, & sapientari, ac authorari uo-
lunt medici cupientes suam celare ignorantiam, quā

*Nota in
malos me-
dicos.*

deteget patiens bene complexionatus. Dicant ergo
mihi isti mali medici physici. Quando patiens fue-
rit complexionis calidæ, & humidæ, & corpore be-
ne complexionatus, & carnosus, & pinguis, quo mo-
do potest in illo ardor urinæ ex illa siccitate amyg-
dalarum in collo uesticæ existentium incendi?
Quod ego nullo modo id capere possum, sed faci-
le ego inducerer ad credendum, si dicerent, Consum-
ptos, & extenuatos ab aliqua febre acuta, uel lon-
ga ægritudine, quæ non solum carneas partes, et ner-
uosas, sed etiam ossium medullas adurendo, & desic-
cando consumunt, posse in ardorem urinæ incurre-
re, à quo etiam non excipiuntur miserrimi senes, in
quibus longo uitæ tramite non solum substantia-
les, sed etiam accidentales humiditates desiccatae
sunt, sæpe ardore urinæ cruciantur. Possunt etiam
animæ accidentia adeo biliosa iracundia calefacere
corpus, q; de facili possit homo talem ægritudinem
pati, maximeq; cum complexio corporis animi affe-
ctui inhæreat, quod in philosophica facultate prædi-
catur. Taceamus an eloquar, quid possit in hac su-
spitiosa ægritudine, non solum luxuriosus, sed etiam

prolificus coitus facere, qui non tantum humiditas primas, sed uerum etiam secundas inordinate factus consumit, excitando illam foetidam passionem gomorream, ac fluxum sanguinis inducendo, nec non hecticā inferēdo, & aliquando corporis consumptio nem, marasmus fouendo, difficile curam inferendo.

Quæ faciunt curam difficultem.

ENIMUERO omnes ægritudines, quæ instrumen ta medicinæ superant, difficilem de se præbēt curationem. Tum etiam cum causas, & sanitatis impedientia uenari nesciant inscij medici, qui philosophicam facultatem scire præ se ferunt, et in paruis, & minimis postea cessitant, & cæcutiant. Cum impossibile sit ægritudinem curari, nisi prius cognoscatur. Non dico cognosci, cum affectio mala alicuius particulæ nostri corporis cognoscatur. Id enim non solum trirenum barbitonsores, sed etiam cerdones hoc modo sciunt affectiones cognoscere. Sed dico causas affectionum scrutari debere, quod proprium est artificis scientissimi. Tunc enim unumquodque sci re putamus, cum causas ad prima usque principia cognoscimus, ut philosopho placuit, & rei ueritas ostendit. Ne forte nobis contingat quemadmodum contigit nuper medicis: qui cum ad quendam nobilem antistitem Venetum accersiti fuissent, ut supra malam renum dispositionem cum urinæ ardore, quæ patiebatur, collegando prouiderent, habiti sunt ex

Inscitiae me dicorum.

Nota quo rēdam me dicorum

ignauiam,

igno-

DE ARDORE

Clipeus i-
gnari medi-
ci.

ignorantia causæ ignari, & omnium scientiarum ex
pertes, quod ostenderunt, dum causas perscrutaren-
tur. Nam aliqui illorum causas ignorantibus dixerunt
morbū esse Gallicū, ad quem miseri et ignari phy-
sici sepe cōfugiunt tanquam sī omnium morborum
refertus, quem pro clipeo eorum ignorantiam tegen-
te obseruant cum illis assatim administraret lignum
sanctū gauliacū dictū, in quo tantum confidunt
ut omnes morbos ad illum reducentes putant posse
sanare, qui sī aliquando interdicerentur decoctionē
ligni sancti administrare ab omnibus tanquam fuci
inter apes cogniti inertes atque ignari haberentur.

Malz cu-
iudam me
dicē existē-
matio.

Aliqui uero ardore urinæ ex infirmi suspicioſa mo-
tione percipientes dixerunt ardorem illum à siccitā
te euenire amygdalarum in collo uesticæ existentiū;
cum ille esset complexionis calidæ, & humidæ, &
corporis habitudine pinguis, ex quo nullo modo eſe
poterat, quod isti boni, & inertes machinabantur.
Quando extenuatis, & aegritudine longa arastati-
cis corporibus soleat illud contingere, & apparere;

Futilis &
manis cu-
iudam opī
nio.

Et quamvis aliorum futilis & inanis uidebatur opi-
nio tamen magis uidebatur inanis, & futilior opinio
& sine ratione excogitata illius, qui cum se Chiro-
logum & physticum & omnium scientiarum sectato-
rem profiteatur. In hoc autem maxime ut assolet de-
lirauit, & sine ratione loquebatur in tantum ut non
scientiarum sectatorem eum sed earum ardilionem
quisque iudicare poterit adeo sine ratione loqueban-
tur: Et ideo non mirum erat si contraria remedia or-
dinabant

dinabunt ex cause ignorantia. Ne ergo nobis contingat quod sit à ratione deum euagetur in cognitione causarum ardoris urinae, dicentes illum euenire posse à calida materia, & frigida, ac etiam humore baurachino salsuginoso, & quod frequentius contingit ex lapide in uestica existente. Et cum illi nesciuerunt causas ulcerum, à quibus ardor prouenisset, distinguere, inciderunt in maximum & mortiferum errorem. Nanque contrarijs contraria sunt exhibenda, maxime causa ulceris frigida existente, frigida exhibent, putantes extinguere ardorem urinæ, augmentant causam ulceris, & infirmos ad perditionem inducunt, existimantes uia rationali, & non experimentata simplicium cognitione, posse & gritudines curare, cum tamen ad mortem miserum infirmum non tantum impellant, sed etiam uiolentia quadam trudunt. Si enim nolunt audire Galenum

Maximus
error quo-
rundam phy-
siorum.

Galenus.
in tertio de interioribus capite quarto dicentem, Via rationalis, qua ostenditur, quo modo aliquid curari debeat, non inducat infirmum nisi ad perditio- nem. Et propterea loicis uituperium contingit, eo- rumq; gulosæ superbiæ repugnatio. Nam quicunque rationales sunt ad malignitatem, & nocumentum de feruntur. Intelligent saltem ad malam eorum crue- cem Hippocratem in libro de decenti ornatu dicen- tem, Quicquid autem artificiose dictum est, non au- tem factum, methodi inartificialitatis demonstrati- um existit. Nam putare quidem, non autem facere, ignorantie, & inartificialitatis signum est. Opinio- enim

Non uia
rationali
sed experien-
tia morbi
curantur.

Intelligent
Hippocra-
tem.

DE ARDORE

enim maxime in medicina in crimen uertitur eam adhibentibus. His uero, qui ea in se usi sunt, perniciem affert. Etenim si sibi ipsis in sermonibus persuaserint, ex opus scilicet operari ex disciplina se sci re putauerint. Quemadmodum aurum adulterinum in igne iudicatum, tales se ipsas esse demonstrant.

Falso colle
giantes.

Quid ergo dicam de tot modis collegiandi istorum medicorum, inter quos tu solus fuisti qui essentiam & accidentia lapidem arguentia cognouisti mi Silui, qui non utilitatem pro infirmo cogitant, sed quomo do animum infirmi sibi commodius allicere pos sint, ut fidem consecuti dexterius aurum expilent, et non quid infirmo conducat, imaginantur, sed quid in dicendo adulazione quadam ornatius, politiusq; pol leant. Vnusquisque eorum student, credentes eloquē tia, & non remedijs ægritudines curari. Quos ego existimo non medicos, sed falsos alchimistas esse, qui ratiocinando totam se alchimiæ scientiam cal lere profiteantur, in operando postea se deceptos esse a suis rationibus cognoscunt. Et ne suam detegant ignorantiam, statim incusant patientem materiam non bene effecatam fuisse, uel ignem agentem cum re combustibili nimium ultra, uel infra gradum (quam deceret) suam actionem exercuisse. Non secus agunt isti medici, collegiando mi doctissime Silui, sciunt enim complexiones, ætates, consuetudines, anni tem pora, morbos, causas morbi, & accidentiam morbi dia ferte ratiocinando demonstrare, postea in curando decipiuntur ex non aptis & appropriatis exhibitis

Nota medi
cos falsos
alchimi
tas esse,

bitis remedij, quod uidentes statim incusant naturæ
 ingurgitationem, uel eiusdem segnitiem, aut infirmi
 inobedientiam, sicq; agentes a reprehensione libe-
 ros se esse credunt nocimenta plurima inferentes. Et
 si quis illum postea interpellaret petens ab illo quā
 iste ægritudinem patiatur, statim inconsiderato re-
 spondet (ut nuper cuidam fatuo se medicum existi-
 manti contingit) ægritudinem talem ex inordinato
 regimine prouenisse patienti cum nil aliud sciant di-
 cere nisi ex inordinato regimine, cui ego respondens
 dixi, animaduerte q; iste patitur erysipelas in pe-
 ritoneo ex instigatione cædeæ medicantis impositæ
 in tybonem priapi quem nisi recte curaueris in
 estiomenum incidet. respondit ignarus ille hoc meū
 est & non tuum, nam plures curauit. ego uero subri-
 dens dixi, tuum ergo sit hoc & non meum: & statim
 à cura discessi. ò admirabile dictu sequenti die to-
 tum oseum estiomenatum fuit sicq; hominem ad mor-
 tem duxisset nisi à natura non errante curatus fui-
 set & hoc quidem male ferentes si qui sint, Et si qui
 sint, qui recto, bonoq; consilio, eos admoneant pro
 infirmorum salute, ut recta admonita disturbent,
 statim agmine facto in ueridicum irruunt, & uoce
 clamosa, ut astantes eos admirarentur, crumpunt,
 arguo sic, ulterius arguo sic, præterea addo sic. Hi
 enim arguendi modi sunt remedia infirmorum, &
 requies miserrimorum languentium, quos ad ulti-
 mun uitæ arguendo conducunt. Admirantur postea
 cur sic pereant cum eorum ignominia, hoc autem

NO 6
 VEL CORNUNGIN
 CORNUNGIN
 PROVO
 CQ

Nota.

commen=

D E A R D O R E

commentantur ut audientes adulacione perciti ad-
mirantur eorum locutiones, & non iudicent uera
Admiratio ne, an falsa dicant. Verum ego non tantum illos ad-
miror cum sint assueti adulari sed infirmos, qui se
potius mori cupiunt, q̄ recte curationi se summitte-
re, falso persuasi ab ignaris physicis dicentibus, ta-
lem curauimus hoc modo curandi, uerum non dicūt
Altera cu-
ratiōnis dif-
ficultas. centos sic persuasos interfecisse. Adhuc etiam diffi-
cilem curationem facit ipse infirmus, qui se nō uult
admonitionibus ueridiči medici submittere, nec quæ
sunt pro sua ægritudine necessaria suscipere, sed ob-
stinatione quadam se mori potius cupiunt, q̄ recte
curationi animum incuruare, maximeq; si persuasio-
Altera dif-
ficultas. ne alicuius inuidi medici ad id recipiendum calcia-
traret. Vnum etiam adhuc restat, quod difficilem
curam faciat, & est, quando non fit debita medico
solutio, qui tunc se negligit diligentem esse, cum sti-
pēdio, quod inde collecturus erit, interdicatur, quod
de Magnificis Venetis uero dicere non possum. Nan-
que medicis lōge semper sunt munificentissimi. Hæc
igitur faciunt difficilem ægritudinum curationem.

Quot modis cura diuiditur.

Dividitur eius cura in diētam, potionem, &
manualem operationem. Et hoc quando ea,
quæ per os propinata sunt, duobus mensibus non con-
tulerunt. Tunc manuum operatione salutifera per-
ficitur, quæ uoce, & non re molesta sentitur. hoc au-
tem nea

tem nemini mirum esse debet, quando trito prouerbio dicatur, ut uitam redimas, ferrum patieris, & ignem, de qua posterius dicitur. Dicamus ergo prius de diæta, ut ipse rei ordo uidetur postulare.

De cibo & potu.

Dicamus ergo prius de diæta ex cibo, & potu, quæ duplex est, præseruatiua scilicet, & curatiua. Præseruatiua duas habet intentiones, præseruat enim à caliditate, & frigiditate, Præseruatiua enim in materia caliditatis sumit intentionem à causis facientibus transitum; uel attractum urinæ ad renes contrariam dispositionem, & qualitatem causarum scilicet caliditatis superfluæ, & uiscosæ materiæ, quæ uitandæ sunt, habens. quæ dictæ sunt in capitulo cause transitus, uel attractus urinæ ad renes. Curatiua uero sumit intentionem ab hora paroxysmi, in qua infirmus sit diætandus. Hoc autem consideratur à robore uirtutis, maximeq; si eo tempore debilitaretur, & instauratione indigeret. Quoniam durante paroxysmo, subtiliter erit infirmus cibanus: dico subtiliter, ut quicquid una uice sumendum sit, pro duabus uicibus sit partiendum, ne cibo stomachus grauetur, et stomacho repleto dolor maior cau- saretur. Et quia dolore uirtus prosternitur, ideo reparanda erit cum panatella facta cum brodio cicerorum rubeorum, uel cum iure pullorum uel gallinærum, uel caponis, uel ferculo facto ex simula triti-

Præseruatiua in materia caliditatis

Curatiua diætata.

DE ARDORE

cea, quam fertilis Apulia Venetias frequenter mitit, aut farre hordeaceo incocto in uno illorum iuxtium, uel ouis sorbilibus recentibus. Et si subtilius reficiendus esset, sint saltem iura pullorum uel decoquatur capo in tantum, quod caro separetur ab ossibus & de tali consumo brodio alterato cum manus christis cum perlis, patiens sepe sumat. Hoc autem fit ne stomachus grauetur, id enim multum obesset, qua propter parum, & sepe sit reficiendus, ut debilitati subueniatur. Si uero adeo debilis esse uideretur, & grossiori diæta indigeret, fiat contusum cum carne pullorum, uel gallinarum iuuicularum uel carne caponis alteratū cum saccharo, & manus christis cum perlis, uel cum fragmentis preciosorum lapidum præparatorum. Post prandium uero, uel cœnam dentur pineæ secundum artem cum saccharo præparatae, & confectae. Potus uero sit uinum clarum, colore cerasum, sapore nec dulce, nec acre, quod Veneti tondum appellant, lymphatum cum simili aqua cocta. Nam eo tempore paroxysmi non sunt diuretica propinanda, ne materias ad renes derivent, & causæ sint plurimum dolorem augendi, qui postea uomitu sit obtundendus, quamvis plurimus uomitus conferat tali dispositioni.

Præseruativa cura in causa frigiditatis.

ET quia dictum est frigiditatem causam esse uiscosam talis dispositionis, si per signa cognosceretur

Potus.

Nota diuretica esse uitanda.

sceretur talem affectionem dependere à uiscositate, erunt uitanda, quæcunque cibaria in uiscosam materiam facillime, conuertantur, qualia sunt panis azy-
mus, pastilli, laganae, ut ita dicam, & denique omnia
fercula præparata ex pasta. Caro quoque porci-
na, agnina, anserina, pulli columbini, & omniū aqua-
ticarum avium, omniumq; etiam animalium intesti-
na, & eorundem extremitates uiscosum chimum, &
chilum facientes, caseus quoque recens, pisces, ten-
chæ, & anguille, legumina quoque non sunt admitten-
da, ut risum, amidum, nec oua dura, nec fructus dure
digestionis, ut pira, mespila, cotonea, & cetera, que
uos ipsi excogitare poteritis. Nimia quoque re-
pletio nauseatiua satietas, sic uitanda sunt omnia,
que caliditatib; & uiscositatis materiam augere, &
præparare possunt. Diuretica etiam fortia uitan-
das sunt, ne nimiam deriuent materiam ad locum, quæ
postea foueat egritudinem dolorosam, poros, et mea-
tus aperiendo, & dilatando, sfcq; præseruabitur.

Cibaria ul-
fcola uitan-
da.

Vitanda re-
pletio.

Diuretica
fortia ui-
tanda.

Cura Medicinalium.

INcipiamus ergo curam ipsam a caliditate renū
simplici sine humoris uitio, & dicamus, cum er-
go causa sit maxima in caliditate, & siccitate disten-
perata complexio sine materia, que sola in qualitati
bus alterata uagatur, curatur alterantibus, cum
frigidis scilicet & humidis, sicut syrups. uiolatis, ne-
nupharinis, cum aquis hordei, & portulacæ, & un-

Nota cura
sine humo-
ris uitio.

D E A R D O R E

etionibus, quæ fiunt cum unguento rosaceo, uel unguento albo Galeni, uel unguento sandalino, potest etiam dari floris cassiae 3.i. uel mannae electæ 3.ij. cū aquis dictis. Et notatur q̄ camphora est ualde utilis in caliditate renum. Et si fuerit cum ardore urinæ propter mordicationem cholerae in uestica, & in rebus, sola decoctione sebesten mitigatur, uel ista decetur decoctione.

Notæ.

Decoctione,

Recipe sebesten nu. iiiij. liquiritiæ rafæ 3.s. Miliij solis 3.iiij. radicum lapathij mudatarum ab interioribus suis 3.vi. bulliant simul in aquæ pluialis lib. ij. ad cocturam, & de ea dentur in aurora 3.iiij. prouice, cum 3.i. oxymellis scillitici, quinque diebus, & deficiet ardor urinæ nisi sit a lapide. Vel facias istam decoctionem.

Recipe agrimonie urticæ parietariæ surculos rubeos ferentis an.m.i. radicum asparagorum 3.iiij. alachengi num. xx. seminum maluæ 3.s. bulliant omnia simul in sex libris aquæ dulcis usque ad tertiam partem aquæ, & deinde coletur, de qua capiat 3.v. cum sacchari canditi uiolati 3.ij. & calidam bibat stomacho ieuno per horas quinque ante prandium nam multum proficiet in educendo arenulas & mucum & in mitigando ardorem urinæ si non excitatitur à lapide in uestica.

Cura cum humoris uitio.

Si uero fuerit cum humoris uitio, & materia aggregate fuerit ex attractione caliditatis renum, tūc fiunt ægritudines in eis dolorem causantes. Nam do-lores secundum quem incumbunt locum, aut solutio-

nem

hem continui, aut subitas alterationes ostendunt.

Si causæ sunt alterationes, cum alterantibus curantur, iuxta alterationum exigentiam, quandoquidem contraria contrarijs curantur.

Si uero causæ sunt solutiones continui, curantur proprijs ingenij. Nam solutiones continui fiunt aut ab apostemate, aut incisione, aut corrosione, aut putrefactione.

Si uero fiat ab apostemate, curatur primo cum phlebotomia facta in uena existente in malleolo in parte domestica. Nam ista euacuat à renibus, deinde diæta competenti, postea cum syru. alterantibus, & membrum confortantibus, & abstergentibus.

Deforis autem cum emplastris, & unctionibus. Et tincæ etiam conferunt in dolore renum facto ex aggregatione saniei, quando decoquuntur in eis medicina lenitiæ, & doloris sedatiæ, ut sunt maluæ, parietariae, uiolæ, rosæ, chamomillæ, anethum, flores hipericonis, folia ebuli, & sambuci in quantitate aquæ sufficienti. Et si adderentur dictæ decoctioni olei communis stara duo, uel tria, ut cooperiantur regiones renum, & diaphragmatis, maxime ad id cōferre uidebitis, quæ ualet etiā in dolore iliorum diætorum flanchi. Nam maturabitur apostema, & frangetur. Et quia dolores non solum fiunt ab apostemate, sed etiam ex uentositate aut debilitate, aut lapide. Si uero fiunt à uentositate, & debilitate, curentur cum eis, quæ sunt sicut iustinum, & Philonium, et theriaca recens, & ea, quæ sequuntur. Tra-

Causæ

Causæ

Tincæ

Cura uen-

tositatis.

DE ARDORE

Philonum mite isto, tam diu donec sedatur dolor. Nam philonum ne dum soluit uentositatem renum, sed etiam frigiditatem matricis. Et in hoc maxime errant, atque delirant mali Medici, qui putant in omni renum dolore esse administrandum philonium, cum sit tantum administrandum in doloribus à debilitate, & uentositate factis, & non in dolore causato ab ardore urinæ, & lapidis punctione. nam si in his administraretur philonium, sua stupefactione augeret ulceris malignitatem, & propterea dici solet, et datum non apto tempore maxime nocet.

Cura incisionis.

Si ab incisione fuerit, cura erit uulnerum, administrando trochiscos alchechengi sine opio. Si uero à corrosione, fiet cum syrupis corrosionem prohibentibus, & ulceris consolidationem cum mundificatione facientibus. Et emplastris putrefactionem prohibentibus ex portulacis factis, maxime si timetur putrefactio, & erysipelata. Et encathismate eandem uirtutem retinente in quo scdeat temperato in caliditate, usque ad regionem diaphragmatis ascendere debet encathisma.

Encathisma.

Cura a putredine.

Si uero à putredine renum dolor proueniret, curatur uotis, & orationibus, non omisis tamen his, quæ pro necessitate medico ingenioso uidebuntur administrari. Nam multotiens natura ea operatur, quæ medico impossibilia uidentur. Idcirco non erit à rationali uia discedendum, cum experimentata stibi defecerint.

Cognitio lachonomum,

Cognoscuntur autem læsiones iste ex dolore in qua

qua parte renūm sīnt. Nam ubi cunque dolor fuerit,
ibi esse ægritudinem significat.

Et quia multo tiens in affectione renūm mingitur
urina saniosa, ac si esset gonorrea sine dolore, & urinæ
ardore, tunc potest exhiberi in potu lac asinæ, Lac asinæ
uel caprarum in domo nutritarum herbis conuenien-
tibus frigidis, & stipticis, ac etiam dari potest lac
ex quo extractum sit butyrum. Verum si in tali di-
spositione timetur uitium lapidis, ne detur lac, sed
detur brodium cicerum rubeorum. Et in hoc errant
mali medici omnes, qui non cognita lapidis genera-
tione, indifferenter persuadent lac exhiberi in ægri-
tudinibus renūm. Clyster autem fiant ex decoctione
herbarum frigidarum, ut malue, blitis, uiolarum, ci-
marum rubi, cum oleo seminis alchechengi, uel rosa-
to, & uiolato, & emplastra fiant ex eisdem herbis
decoctis in regione renūm. Siringari etiam potest
lacte caprino uel bubalino si gonorrea fuerit. Et
in hac affectione oportet medicus faciat principium
in administratione seminum communium cum non
inuenit excusationem ab eis in curatione renūm &
æstice, & precipue habentium ulcera sine dolore
& ardore urinæ. Verum uti seminibus in dolore ti-
morosum est propter illud, quod accidit & descen-
dit maxime augebunt semina. Quoniam aperiti-
uam retinent uirtutem & magis aperient meatus, et
uiam exhibent mucositati dolorem & lapidem cau-
santi, cui dare poteris saxifragiam herbam contri-
tam, cum uino albo bibendam dato. febricitanti uero-

Vrīnæ san-
iosa.

Lac asinæ

Notæ.

Brodium
cicerum.

Error.
Medicorū.

Clystere.

Emplastrū

Siringari
post.

Seminum
communiū
administra-
tio.

Uti semini-
bus in do-
lore timo-
rosum est,

DE A R D O R E

ēum aqua calida, eodem die perfractis electisq; cal-
culis ad sanitatem perducit.

Ad lumbo-
rum & re-
num uitia.

Ad lumborum & renūm uitia. Recipe aquam
mulsam in qua radix pastinacæ sit decocta eamq; da
bibere . Nam lumborum & renūm uitia compescit.

Ad renūm
dolorem.

Ad renūm dolorem siue ex frigore siue ex casu s-
ue de ictu fuerit, fac sic. Pollices pedum perunges i pi-
ce liquida spissa, & lana caprina super obuoluas, &
ambulabis. hoc medicamentum in die bis uel ter mu-
tabis per dies nouem, renes autem nullo medicami-
ne tangas.

Cognitio
lapidis re-
num.

Si uero ex lapide in renibus existente ægritudo
oriatur sine ardore urinæ , cognoscitur lapidem
esse in ea parte in qua est dolor . Veruntamen pa-
tiens sentit dolorem descendere usque ad pectinem
si ad exitum moueretur.cui potest exhiberi decoctio.
uermicularis semper uiuæ, quæ fit hoc modo: Implea-
tur phiala una ex granis uermicularis ad summum
usque . Et postea impleatur aqua pluiali & deco-
quatur quo usque desiccetur sub collo phialæ deinde
ab igne ablata, & refrigerata coletur & exprima-
tur, & de aqua illa dentur ȝ. iiij. cum ȝ.s. sacchari. Et
faciet lapidem descendere, & si huic adderetur ȝ.s.
seminis & radicis petroselini subtilissimi pulueri-
zati fortius id aget. Idem Crithmon facit eodem mo-
do facta eius decoctio . Est enim Crithmon herba
quædam grassula oriens in lacunaribus palustribus
salsis & marinis habens granula sicut semper uiua
uermicularis aliquantulum grossiora longiora q;
que

Decocatio
uermiculari-
ris.

Crithmon.

quæ si gustarentur saperent paruam acredinem, uerum eius cura erit cura quæ habetur in libello quem composui de lapide renum & uestice uel etiam istud dari potest si illud non profecerit. Recipe fructuum kekengi pistatorum 3. iiiij. uini boni lib. i. misceatur simul bene deinde coletur & clarescat de quo ad bibendum dabuntur 3. vi. pro uice & statim uidebitis arenulas foras exire, uel lapidem, & faciet mingere. Vel, Recipe baccas hederæ septem aut undecim contritas, & da potui cum aqua, mire calculos in uestica congregatos frangere et extrahere per urinam certum est. Lignum quoque tamaricum ardens lotio suo si extinseris desinet ultra cruciari. Testiculi etiam leporis usti utiliter manducantur ab eo qui uestice molestijs laborant. Adebet etiam illud ad eos qui cum tormento urinam faciunt. Recipe succus silymbrij 3. ij. aquæ calidæ 3. v. si febricitat, si uero non febricitat capiat cum 3. iiij. uini albi & reme diaberis.

Si uero dolor & ardor urinæ à lapide in uestica existente causaretur cognoscetur ex urina quæ secum affert aliquando saniem, aliquando mucositatem, & aliquando utrunque, & aliquando liuiditatem ostendit lapidis confirmati. Et in hoc sit studium practici abstinere à narcoticis, quoniam maxime necessarium est abstinere ab eis in dolore & ardore urinæ, sit ergo medicus contentus aqua tepida & sedere in ea absque longitudine producente ad stuporem & attractionem. Quoniam aqua tepida sedationem do-

Alterz de-
coctio.Nota bac-
cas hedereLignum ta-
maricis.
Testiculi
leporis.

Silymbrij.

Cognitio
ardoris ur-
inæ à lapi-
de in uesticaAbstineat
a narcoti-
cis practi-
ciss.Aqua tep-
ida.

DE ARDORE

loris facit uerum non multum prolongari debet ad ministratio eius, ne forte sua intrinseca frigiditate stuporem inducat, & sua tepiditate attractionem malorum humorum causet. Videte igitur boni uiri quantum timet Auicenna medicorum princeps stuperfactionem aquæ tepide in ardore urinæ, quæ mucositatem affert. Quid ergo erit dicendum atque spicandum cum ignari medici, si medici nominandi sint in similibus non contentantur semel bis ter'ue sed quater, & quinque uices exhibere medicamina narcotica, ut est philonium, & trochisci alchecheni cum opio qui maxime opiatu sunt ut dolorem mitigent miserum ægrotum grauant & ulceri malignitatem inducunt non solum sed etiam paralysim uescicæ procurant, quæ postea stillando frequenter urinam relaxat. Signum autem est nocumeti narcotici, quod si in media hora bis uel ter minserit in eadem postea decies minget.

Nota i-
gnauiam
quorūdam
medicorū.

Signum no-
cumeti nar-
cotici.

Suis.

Debilis
digestionis.

Vesica do-
lens.

Prognostica :

Ad quod sitis uehemens sequitur quæ non extinguetur potu aque frigide quoniam insurget ex membrorum exiccatione & non ex oris stomachi siccitate, quæ cum sitiens biberit statim extinguetur. Et quando subsequuntur dolores eorum debilitas digestionis & casus appetitus, & nausea cum dolor ardoris urinæ sit uehemens scias mortem iam appropinquare. Vesicæ duræ & dolentes omni-

no quidem sunt mali. pessime uero cum febre continua, nam dolores ab ipsis uesticis ad occidendum sufficiunt. Et alii his non ualde egerunt. Soluit autem hos urina purulenta prodiens albam ac leuem substantiam habens. His uero non solutis neque uestica mollescente in primis circuitibus ægrum moriturū esse timor est, fit autem hoc maxime à septem annis usque ad decimum quintum. Calculosi ita figurati ut lapis ad urinarium meatum non illabitur facile min-
gunt. Quibus tuberculum est circa uesticam quod mingendi difficultatem inducit ad omnis generis fi-
guras uexaretur, huius autem solutio fit pure erum-
pente. Quibus urina clandestine allabitur ad pudendum exoluuntur desperati. In urinæ stillicidio uolu-
lus accedens septima die perimit, si non febre acce-
dente urina aceruatim prodeat.

Alii stipiti
ci.

Timor
mortis.

Lapis ad
urinarium
meatum.
Tubercu-
lum.

Voluulus.

Si uero dolor fuerit cum arenulis & ardore urinæ in uirgæ canali sine mucositate & sanie, curatur cum syrupis de liquoritia, & aquis portulacæ, & nenupharis, & medicinis cum cassia & manna, cum aquis modo dictis, & unctionibus unguento ro-
sato nenupharino & sandalorum & injectionibus per syringam in uesticam, quæ talis est. Recipe decoctionis portulacæ, & radicis nenupharis factæ cù aquæ uirgæ pastoris dictæ dipseci lib.i. que rube-
scat cum frictione lapidis ematitis facta cum cote, deinde addantur dragachanti ȝ.vi. et de ea projiciatur in uesticam ȝ.iiij. cum syringa pro uice, et hoc fiat sero & mane per sex dies. Fœniculum quoque cù Fœniculus
radicibus

Cura dole-
ris cum a-
renulis &
ardoris uti-
llis.

Decoccio g-
syringam
inuestienda.

DE ARDORE

Decoction
radicum at
theæ.

radicibus suis decoctum, & potui sumptum uesticæ doloribus efficaciter prodeesse. Decoction etiam radicum altheæ multum facit ad ardorem urinæ, quæ sic fit. Recipe radicum maluauischi mundatæ, & minutatim incisæ 3.ij. aquæ pluialis lib.ijj. bulliant in olla noua, usque ad consumptionem tertiae partis, deinde coletur & de colatura. Recipe 3.ijj. uini albi boni 3.ijj. & misce & sic bibat ter quando prandet, & cœnat, & sic faciat quotiens comederit per nouem dies, & quanto plus erit melius, auferet enim ardorem uesticæ, nisi factus fuerit à lapidis mordicatione, quæ si sic fiat curatur manuum operatione.

Ad scoria-
tionem ue-
sticæ & ar-
dorem post
micium.

Ad scorationem uesticæ & eius ardorem post micium, Recipe quantitatem agrimonie viridis uel uesticæ, & contunde eam, & incorporetur cum lacte in vase uitreato, & postea eam pone in loco humido per dies xv. & quolibet die agitabis eam ter, postea distilla eam per lambicum, & de distillata propinabis tuo infirmo 3.v. pro uice ieiuno stomacho quando opus fuerit & miraberis, Oleum etiam amygdalorum dulcium per syringam in uesticam iniectum ardorem urinæ, uiuifice comprimit. Aqua etiam pota in qua ferrum candens dimissum est bene facit.

Ad exulce-
rationē uesti-
cæ & ardo-
rem.

Ad ulcera
renum &
uesticæ.

Granū al-
chechengi
montani.

Ad exulcerationem uesticæ & dolorem asparagi radix cum uino albo trita & in potionē data calculos frangit, eadem lumborum dolorem & renum sedat & tollit. Et granum alchechengi conuenit ulceribus renum & uesticæ sine alterius mistione, Et granum alchechengi montani conuenit doleribus

Oleum
amyg.

ribus renum & uesticæ quando bibuntur, Fit etiam ex portulaca clyster dysenterie intestinorum & solutioni cholere & doloribus renum, & uesticæ, & ulceribus multum est conferens.

Clyster ex
portulaca.

Verum cicadæ coctæ in patella et quasi in puluerem redactæ & comestæ uel bibitæ cum decoctione saxifragiæ uel agrimoniacæ sunt maximum remedium contra omnes difficultates & uesticæ dolores quum iam grauiter afflicta est ut etiam ad stranguriam et ad calculum quoque nec non ad loca mulierum quæ quidem homines à morte reuocant si etiam coctæ manducentur.

Et quia calculosa passio paroxysmalis est & inter paroxysmum & paroxysmum spatium diuersificat, nam quandoque de mense in mensem, quandoque de anno in annum reuertere paroxysmus consuevit, ideo d ipsius emendationem inuigilandum est. Quoniam qui calculus frequenter patiuntur ad excoriationem uesticæ de facili incurruunt, ne id fiat igitur manuali cura succurretur.

Cura manualis.

Verum animaduertite quæso qui hominum curam suscepistis, q; calculosi, quorum dolores nullis remedij s; sedantur clamosa morte moriuntur, ideoq; ne sic moriantur persuadendum est illis ratione & exemplis ut ab ea miseri liberentur cum omnia experti sint, & dolores adhuc perseuerauerint nullo

Calculosi
mortem cla-
mosa mori-
tiuntur.

nullo auxilio, atque adminiculo ex tot administratis
reperto quod est signum lapidem in uestica confirmata
tum esse, ne igitur morte clamosa moriantur, forti
atque constanti animo submittantur manuum fœlici
operationi, quæ uitam reddet languentibus, quam
multotiens operatus sum ad laudem Dei, & honorem

Duo iuuamina,
Quorum unum.

Virginisq; Mariæ, & prosperam, ac felicem eam in
ueni cum maxima infirmorum salute, quæ facit inci-
sionem, ac si lapis esset extrahendus, in qua reperien-
tur duo Iuuamina, quorum unum est quia sepe mul-
titudo phlegmatis salsuginos & uiscos excoriationem
facit, & dolores causantur ex urinæ ardore, fa-
cta ergo incisione, & administrata speculatione, ut
in libello de lapidis extractione diximus, & non in-
uento lapide, extrahatur phlegma cochleari ad id
rei negotium conflatum, quo extracto statim sedan-
tur dolores, & saniloongo tempore uitæ leti, & io-
cundi uixerunt, laudem Deo & operanti tribuen-
do.

Alterum.

Alterum uero iuuamen est q; si lapis expiscando
inueniretur, inuenta est salutis uia, quia remoto
lapide per extractionem cessant dolores, & anxietas
& dannosa suspiria. Nam remota causa remouen-
tur affectio, & sœua accidentia, que inde repul-
lant. Hoc est quod persuadere debent adulatores me-

Adulato-
res medici.

dici, ut uita prorogetur misero languenti cum per
mensem & annum experti sint suas adulations nul-
lum profictum facientes satis sibi profecisse uiden-
tur si per mensem uel annum singulis duabus diebus
aut tribus aurum expilauerint, & sic permittunt eū
mori

mori, & ne detegatur eorum ignavia potius optant infirmum mori q̄ ab altero sanari. Et si quis medicus ad id rei expertus superuocaretur, & inceperit operari, statim uociferant ne sic faciat dicentes, hoc enim ip̄si de industria moliuntur, non ut ip̄si sciant operari, sed experti ab opere impediantur timorem & periculum misero indicant. Non id moliuntur, ut miseros languentes compatiantur, sed ne ad rei ueritatem, & notitiam eorum deueniat adulatio, & sic miseri persuasi clamorosa morte ad manes proficiuntur, de quorum interitu sunt cœli, qui eos arguunt, et elementa que in illos seuiunt, et si nō aliud superest tamen eis, paratus perpetuus cruciatus gehennæ ab inferis subterraneis cauernis inextinguibili igne plenis gaudentibus qui quotidie hominum malorum ac prauorum cruciatibus exultant, & laetentur.

De stranguria & suria.

SIcq; finem de ardore urinæ faciendo mihi succurrat admonitas rogationes subscribere excellētissimi Domini Pauli de nouello Bassanensis medici qui me maxime rogauit ne postponerem curam stranguriae, quando non minora solent excitare accidentia & aque periculosa q̄ ardor urinæ. Quæ quamvis plures & multas habeat causas primitivas & antecedentes tamen de remedijis & auxilijs sermocinabor tantum illius, quæ à frigiditate uentositate &

DE ARDORE

te & urinæ ingurgitatione sæpe & frequenter proueniat. Nanque dissuria, suria, & stranguria præclusionem urinæ arguunt, ueruntamen inter se differunt secundum maiorem uel minorem urinæ præclusionem.

De carnositate autem hic non loquar modo, nanque decreui specialem tractatum de ea facturū esse, quoniam ipsius materia digna est maxima & solerti diligentia præsertim in demonstrando uiam modum, & qualitatem in ea operandi. Cum dabitur mihi scribendi oportunitas, quam hic inserere minime potui, accidentaliter enim de stranguria suria, & dissuria, hic locutus sum. Et propterea ne defraudem dicam remedia præsentanea ad urinæ præclusionem ex frigiditate, uentositate, & ingurgitatione urinæ proueniente ad hoc ut unusquisque sciat misero languenti subuenire, quorum primum administrandum est istud cum uiderit urinam retentam succurrat ei

Parietaria. hoc primo applicando. Recipientur manipuli tres parietariæ manibusq; ea frangatur & in frixorium posita frigeatur cum butyro, sicq; in caliditate temperata pectini superponatur prius tamen locus oleo descorptionibus perungatur. Et si cum hoc ad tres horas non minxerit istud aliud subsequatur. Recipe ciperi zinziberis an. 3. iiij. puluerizentur subtilissime & bulliant cum uini boni maluatici 3.x. ad consumptionem unius unciae, & bibatur, quod in tribus horis franget lapidem in renibus, & in uestica & mingere faciet. Aqua etiā in qua decocta fuerit radix acori stranguriosis qui urinā cū dolore mittūt.

Puluis.**Acorus.**

Si uero

Secretum
secretorum
oleum pre-
ciosissimum

Si uero ista non contulerint statim recurrentū est ad secretum secretorum urinam retentam prouocās à frigiditate uentositate & ingurgitatione, quod est oleum preciosissimum, quod nunquam in iuuentute illud manifestare uolui nisi cuidam amico meo fratri Neapolitano. Nunc autem senescens illud ad utilitatem generis humani prouulgabo, quod sic fit.

Recipe acori ciperi cimarum tamarisci scolopen- Oleum.
driæ, seminis agni casti an. 3. iiij. corticis capparum
3. ij. s. rutæ 3. ij. baccarum lauri 3. i. s. olci sesamini
lib. ij. aceti albi fortissimi, 3. iiiij. s. contundantur con-
tundenda grosso modo, & simul miscantur & bul-
liant in caciola ænca usque ad aceti consumptionem.
Signum autem est eius consumptionis q. si cum olco-
ignem asperseris non stridet, quod signum est deco-
ctionis, tunc auferatur ab igne, & decoletur, & ex-
primatur & seructur in phiala bene obturata ne
euaporet. Et cum eo uti uolueris facias sic. Reci-
pe de eo quantum uis cum quo calido unge pectinē,
& partes circum iacentes priapum, prius tamen be-
ne calefactas & fricatas cum paino calido, & sta-
tim mirabile dictu minget. Hoc idem faciunt man-
dibulæ piscis lucij si in puluerem redigantur, et cum
uino albo bono bibantur, ut dixi in libello meo de la-
pide renum. Hæc sunt pro cura stranguræ ut supra
condictionata. Restat addendus succus uitriolæ sur-
culos rubeos ferentis ad pondus 3. vi. sacchari boni
3. i. s. & miscantur simul, & calidus bibatur, nam
arenulas mingendo foras educet.

Vses olei
preciosissi-
mi.

Mandibu-
lae piscis lu-
cij.

Succus pa-
rietæ:iz.

DE ARDORE

Ad stranguriam etiam ualeat & dissuriam, & frā
git lapidem in renibus. Recipe cyathum unum ui-
ni decoctionis milij solis, pimpinellæ, saxifragiæ, radi-
cum petroselini, sparagi & calidum bibat, Valet etiā
in cholica & iliaca paſſione & aperit oppilationē
hepatiſ, ac etiam ad dissuriam cum ardore urin-
næ multum facit. Recipe seminis urticæ pīſti 3.i.
& detur cum brodio patienti, & celeriter inglu-
tiat ne adhæreat meri quoniam ardorem faciet &
inhærebit.

Hæc modo ſufficient pro nostri amici instigatio-
ne ut aliquid etiam mihi utendum pro necessitate re-
mancat finem facienti ad honorem omnipotētis Dei,
Virginisq; Mariæ, & sanctorum Cosmi & Damia-
ni mei aduocatorum.

Peroratio.

Si hunc ordinē persequentur mihi uiri doctissime
ſfacile inuenient ſalutem, niſi uelint obſtinacione
quadam ueritati calcitrare experientia comproba-
tæ. Nanque multi ſunt, qui tergiuersantur, ne fa-
teantur me ueram curam illis oſtendiffe. Deſide-
rauerem nanque potius mortem cum uita commuta-
re, quam me ueridicum confiteri, quales fuerunt illi
quos tu bene noſti uiri quidem non uulgares, qui
cum ad ſeſe me accerſtuere, ut ſuſpirioſis, & ardore
languentibus conſulerem pateſaciens illis manifeſta-
ui cauſam ardoris urinæ lapidem eſſe. Qui cum me
percur-

percunctarentur, quæ esset illius immensus ardoris cura, dixi, curam talis passionis ab incisione dependere. Qui hoc audientes stupidi quasi remanserunt non secus ac si mendacium pertulisset, & quasi me arguentes retulerunt, talem affectionem minime habere, persuasi ab inuidis medicis, qui eos tunc curabat. Qui cum ad uitæ apicem deuenissent, ut se certificarent, antequam morerentur, decreuit unus quidem illorum uelle lapidem uidere, sc̄q; incidi permisit, & lapidem ad ovi quantitatatem extraxit medicus non multum diligens. Quem cum aspexisset, uoce magna exclamauit dicens, siccine medici isti adulatores me deceperunt, qui gloriabantur palmam erexitte medicina, meq; ad mortem induxerunt. O utinam illum ueridicum audiuisse Marianum Sanctum, quia non sic modo morerer, & tandem certior factus animam singultiens egit. Alter uero cum clamorosa morte obiisset, unus quidem de suis maximis consanguineis ut se de meo iudicio certificaret, permisit mortuum illum incidi, à quo inciso angularē lapidem admirans extraxit medicus lapicida. Quod cum uidisset cœpit prædicare me solum inter tantos medicos ægritudinem cognouisse; & maximum me medicum, ac practicum confitebatur. Scripsi hæc mihi Silui, ut sint exemplo illis, qui tales patiuntur ægritudinem, ne uelint expectare ultimum suæ uitæ peremptorium, sed sint diligentes, & cum experti fuerint remedia data à physicis, & per mensas, & annum non contulerunt, statim se forti, & constan-

DE ARDORE

ti animo salutiferæ incisioni submittant, (quemadmodum noster credulus Reueren. Abbas submisit sauitatem corporis pluris faciens quam sensitiui timoris incisionem extimescens) qui sic facientes liberi ab ardore urinæ , uitam longo postea finient tempore , gloriam & honorem Deo Virginisq; Mariæ tribuentes per infinita secula.

SILVIUS LAURENTIVS A POR
tu Caballensi, Mariano Sancto Barolitano Me
dico & Philosopho felicitatem P. D.



Tractatum de ardore tuū urinæ ab
solutissimum Mariane mi excellen.
pro amicitia nostra uidi libentissi-
me, ut debui, & mirum in modum le-
ctitauit, sine ulla equidem controuer-
sia crediderim, non modo in mediis uersari laude
apud doctos, & claros uiros, sed ei maxime proba-
tum iri, cuius gratia tantum muneris suscepimus; que
quidem res; & si ob alias permultas rationes illi per
grata erit, ob ea tamen admodum periucunda futu-
ra arbitror, quod eius ægritudo urina ardor est, &
bonæ enim ualetudinis ratio haud negligenda est, quo
quidem morbi genere correptus affabilissimus Fran-
ciscus Lauretanus Abbas meus humanissimus, et splē-
didissimus cupiens uebementer, & effictim gestiens
ab huiusmodi molestia liberari, sciensq; fulgentissi-
mum tuæ doctrinæ nonnen apud gentes onineis, natio-
nesq; illucescere eruditissimum tractatum profectò,
læta fronte, & cum omni uoluptate est suscepturus,
& mehercules cum hac ægritudo non sit contemnen-
da, ut scienter reliquit testatum Rasis, quoniam quā
do diuturna nimis fit, & assuerans in instrumentis
urinalibus ulcera proueniunt, nec non & alia natu-
ræ complura incommoda. Non ab re oportet multis
ingenijs multum insisterc, ut in hoc doctissimo tra-
ctatu

Et tu tuo particulatim, speciatimq; legere est, quem
maxime laudandum esse decenter credimus, cum ni-
bil sane quod ad famigeratum, & consummatū medi-
cum pertineat, & officiosum, & doctum, & diser-
tum prætermiseris, non est enim parua laus, quæ be-
ne sentias benedicere, cuius lectio uaria, & multi-
plex multum proderit, nec minus delectabit, te igi-
tur mirari haud oportet, si ipsum tractatum serius
redire ad te curauimus & codicem etiam de lapide
renum, atque uesticæ, adeo ea lectura sum non medio
criter delectatus; quem inquam tractatum ut q; stu-
diosissime cures latus in publicum prodire, te excel-
lens Marianæ non hortor solum, sed etiam uolo, atq;
opto, curiosissime, inuidentium autem impruden-
tium ue latratus, contemnere, habereq; pro nibilo
magni profectò est animi, quorum iudicium, non plu-
ris facias, quam simiarum docti (ut in proverbio
est) doctos amant, & fouent. qua de re, cum & inge-
nio te acerrimo esse semper perspexerim, & pruden-
tia singulari, non sum ueritus te hortari, ut tue-
istæ de ardore urinæ nouæ lucubrationes, omni cu-
ra, & diligentia tandem edantur. Vale, & Sil-
uium à Portu tuum ama, ut facis. Ex Urbe Vene-
ta octauo Calendis Augusti, à Natali Christia-
no, M D LVI.

VENETIIS, Ioan. Gryphius excudebat,
M D L VIII.

